



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv
Redivivae**

Rhay, Theodor

Neobvrgi Ad Danvbium, 1663

XVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10835

Matrem ad extremū vsque halitū ita constanter prædicavit & coluit ut glorioso planè Cognomento Divæ Mariæ Doctor sit appellatus. Ex Annal. Tuit.

XIII.

EVERHARDVS MARCKANI *sanguinis Heros*, alternantibus huius mundi bonis & malis *eruditus*, mentis oculum in DEI omnia videntis ac vindicantis oculos pavidè circumferre solebat, sæpius familiaribus suis illud B. BERNARDI ingeminans: *qui pavet, caret: qui negligit, incidit.* Quo salutari timore ita mores, vitamq; instituit, ut à Leone X. purpurà merito suo donatus sit; insigni Animarum, Patriæque Leodiensis bono; quod etiamnum loquuntur erecta ab illo posteris monumenta, à quibus aurea prope Leodium secula vidit ac vixit. Demum à CLEMENTE VII. VALENTINVS Episcopus LEGATVSQVE à latere creatus est, cirà annum Christianum MDXXI. quibus augustissimis titulis oneratus potiùs, quàm ornatus, soli Deo gloriam tribuens, Iesûque nomen ingeminans exspiravit, Patribus suis dignè appositus. *Chron. Leod. Eccles. P. Lobbet.*

XVI.

VRBS *Santensis*, situ Basilica, clero illustris, celebrat

celebrat in terris ignoti, *Cælo tamen noti Martyris aduentum; cuius gloriosam inventionem regnante Archiepiscopo Coloniensi PHILIPPO Heinsbergio mirabilem narrant neque plura annales sic*

Sapius Ignoti virtus sine teste laborat.

Ex apparatu Geleniano.

XXII.

HOC die gloriosum agonem confecit *Glad-*
bacî B. WOLPHELMVS nobilissimis copio-
sissimisque *Parentibus Tualto & Evexâ* natus,
qui splendorem natalium à bonis artibus, ma-
ximâ deinde à virtute usque adeò accendit, ut in-
ter *summe ædis S. PETRI COLONIÆ Canonicos*
adlectus, eius *Ecclesie urbisque gaudium* haberetur
& esset. Qui publicum cultum fauorémque per-
tæsus, omnibus *CHRISTI amori* posthabitis, clam
TREVIROS profugiēs, apud *S. MAXIMINVM Monachū*
induit, tanto toti *Coloniæ* sensu, ut publicâ *Archi-*
præsulis HERMANNI auctoritate repetit *Cognato suo*
Henrico Abbat: S. Pantaleonis restituend⁹ fuerit,
qui dum solitudinis amantem, aulæque strepitu
ac visitationum frequentiam fatigari adverteret,
eundem Gladbacensi Abbatie ingenti eius loci emol-
lumento, præfecit. Vir fuit tantâ modestiæ suâ-

M

vitate.